Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



187.

finden sein, jedoch hab ich solchen zu lieb der Hochgeerten
Antiquitet hieher zu setzen nit unterlassen wellen. Fal-
sum certe est, Albertum Comitem, qui anno 1215 Advocati-
am suscepit, alios haeredes praeter unam sororem, non habu-
isse, cum duas filias habuerit. Falsum quoque, Margari-
tam Maultaschiam, defuncto Ludovico nupsisse Rudolfo
Austriaco. Falsum igitur etiiud esse potest, Albertum ul-
timum Tirolorum Comitem Alberti filium fuisse. Nemine
auctorem vidi qui Hundius Stemmat. Bav. Burglehn-
ner t. I, l. 13, c. 5. Jacobus Brandisius Chron. Capitan. Tirol. p. I.
Trane. Brandisius in Tirol. Ebrenkr. Albertinus genealog. Com. Tirol. Megiser Chron. Car. l. 6. Henninges
Tirol. Don Carlos in Tirol. Princ. iconibus. Lequilius Relat.
delle Curiosità de Tirolo p. 26. Koschmannus orig. Fund. Stams
Albertum ultimum Tirolensem Henrici filium fuisse consen-
tiunt. In tabulis Albertum Henrici filium legimus,
Alberti filius nuspiam occurrit. Neque anno 1208, quo
Albertum seniorem obiisse putant cl. Froelichius et ill. Co-
reninus, neque sequentibus, Alberti defuncti fit mentio.
Anno 1208 praesentibus Dominis Adelpreto comite Tyrolis,
D. Bertholdo de Wanga, D. Nicolao de Aegna, D. Andrea de
castro novo, Bursa de castro novo, petro de malusca. Ibi-
que Dominus Englprettus filius quondam Domini An-
tonis de Besseno (Pisein) pro 60 millibus denariorum ven-
didit Domino Federico Episcopo Tridentino castrum de Bes-
seno, quod postmodum iterum ab eo in feudum recepit. Et
Anno 1209 in praesentia Domini Adelpreti Comitis de Tyrol,
petri de malusio, petarini et Ottonis de Simiano Domi-
nus Federicus Episcopus tridentinus investivit Dominum
Adelperium et fratrem ejus Bertholdum de Wanga. Utrum-
que excerptum est e tabulis tridentinis a Zibockio in Ag.
purpurea.

54) Apud Burglehnerum t. II, l. 4, c. 22. ego Hainricus
Dei gratia Marchio Istriae, sine haerede habuero sive
non, contradidi Ecclesiae Sancti Laurentii in Wilbin man-
sum unum meum proprium in villa Ombras, et post dis-
cessum vitae meae pro remedio animae meae parentumque
meorum, et ut in die dominica annuntiationis memoria
Matris meae Duciissae nomine Agnetis -- agatur etc.
Huius rei testes sunt Comes Otto de Hennenberg -- Er-
hardus de Matray et Conradus Hageno frater eius,
Henricus de Vuore, Seifridus de Rotenburg, Otto de Mil-
lo. -- Acta sunt autem haec Anno MCCVIII. in die
annuntiationis, et prima traditio huius mansus fuit,
quando Romam perveni. ego Henricus in Ampars pleba-
nus, Marchionis Notarius scripsi et dictavi.

55) Zibockius Agnil. purp. e tabulis tridentinis: Anno
1210 in praesentia D. Adelpreti Comitis -- D. Nicolai de
Egna, D. Bertoldi de Wanga --- Ibique D. comes Otolri-
cus filius quondam Domini Comitis Egenonis de Vlten rc.